PHRASEOLOGIA

Anglo-Latina;

Diu in SCHOLIS *desiderata*
& nunc primùm in lucem edita.

In Usum SCHOLÆ
BRISTOLIENSIS.

A

Anglicisms Latinized.

OR,

English Proprieties rendered
Into
Proper *LATINE*,

For the use and benefit of Grammar Scholars, in *Making*, *Writing*, and *Talking* Latine.

Art.
8°. W. 18
BS

PROTEUS VINCTUS.

SIVE

Æquivoca Sermonis *Anglicani*, ordine *Alphabetico* digesta, & *Latinè* reddita.

In usum *Juventutis Scholasticæ*, cùm in *Dictatis* vertendis, tum in instituendis Familiaribus *Colloquiis*.

BODLEIAN LIBRARY

Authore *T. W.* utriusq; *Academiæ* olim in *Artibus M^o.*

Hic tibi, nate, priùs vinclis capiendus, ut omnem
Expediat linguæ *causam, eventúsq; secundet.*
Virg. Geor. l. 4.

London, Printed by *E. Cotes*, and are to be sold by *Will. London* Bookseller in *Newcastle*, 1655.

Reip. Literariæ Moderatoribus, Ingeniorum Artificibus, Pubis Anglicanæ Inſtitutoribus, Scholarchis & Ludimagiſtris,

Εὐφραίνειν καὶ Εὐδαιμονεῖν.

Venerandi Fratres,

IAm olim, primævo literarum ſæculo, librorum quotidie prodeuntium tædium eruditos ceperat, ut hoc ſcribendi cacoethes, *inter* vanitates vanitatum, concionator *quaſi pro roſtris notaret*, (Eccleſ. 12. 12.) עשות ספרים הרבה אין קץ faciendi plures libros nullus eſt finis. *Verùm non eſt aliubi prorſus juſtior hæc querela quàm in re ſcholaſtica; ubi totidem penè reperiuntur* Grammaticæ, *quot* Grammatici, & Novella Inſtitutiones, *abortientis præli officæ, hebdomadatim protrudantur. Quæ res me profectò in hanc cogitationem induxit, ut diu apud mè deliberarem, de mittendis in* ignem *potiùs, quàm in* lucem *edendis hiſce meis Lucubrationibus. Sed, cùm ad* praxin Latinitatis & ſtyli *puerilis* Exercitationem (*quam ego hoc ſenectutis meæ pignore, quà potui, juvare volui*) *quatuor omnino viderentur neceſſaria, Vocabula ſc. Latina, ut Latinè; Proprietates, ut propriè; ut copioſè, phraſes; Elegantiæ demum, ut ornatè dicatur* [*quod* Oratoris *eſſe officium ſtatuit* oratorum eloquentiſſimus,] & *in reliquis ſanè quam plurima ſubſidia ad manum eſſent*, Dictionaria, Vocabularia, Onomaſtica; Phraſeologiæ, Cornu-copiæ, Sylvæ; Elegan-

tiæ, Thesauri, Flores; *in unâ hâc ratione explicandi* Idiomata *seu* propietates *defecisse hactenus* Literaria *nostra* Institutio *visa est; quod tamen erat perquam necessarium; cùm oratio, utut verbis &* phrasibus Ciceronianis *vestita, utut conquisitissimis* Elegantiis *ornata; vix aut ne vix quidem* Latina *habenda sit, nisi accurata* propietatis *ratio habeatur. Atq; ex hac nimirum vel* Idiomatum *ignoratione vel Scriptorum incuriâ, irrepit indies in Linguam* Latinam *locutionum vernacularum ingens farrago; dum* v.g. Angli *Anglicè, Gallicè* Galli, *omnes indolem patriæ linguæ secuti, Latinâ perinde ac suâ utantur: adeò non mirum est pueros, cùm sint non minùs,* τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως, *quàm* τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, ἄπειροι, (Eth. Nic. l. 1. c. 3.) *sæpiùs hac in re* παραλογίζεσθαι, *unámq; ex omnibus* figuris Rhetoricis *excolere maximè* Ἀνωρολογίαν. *Cujus erroris causa non alia est, quàm* ὁμωνυμία, *quam affirmat summus philosophus fraudis sophisticæ locum* εὐφυέστατον καὶ δημοσιώτατον. (Soph. Elench. l. 1. c. 1.) *Cùm sc. oratio aut vox aliqua propriè & principali significatu denotet plura in unâ Linguâ, non item in alterâ; unde fit ut illi, cùm non probè calleant distinguere vim verborum, vocem Latinam tam latè extendant, ut* ὁμωνύμου *Anglicæ, cui respondet, acceptiones omnes in se comprehendat, rati id apud Latinos itidem licere, quod apud populares fit. Porrò* æquivocationem *hanc, quæ tam variâ sensuum specie illudat puerilibus ingeniis, Alphabeticâ serie constrictam, unà cum Latinis explicationibus,*

cationibus, exhibet hic Libellus, cui titulum fieri, Proteus (*Neq; enim, quod agrè ferendum erat, hunc de* proprietate *tractatui nomen aliquod* proprium, *quo vocaretur, reperire potui; nam* Ἰδιωμαστικὸν *vel aliquid ejusmodi non ausus sum dicere, nec libuit* Κυκλοσχίαν.) Proteus *igitur dicatur, multiformis ille vates, qui*

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Igneámq; horribilémq; feram, fluviúmq; liquentem.
Georg. l. 4.

sed Vinctus *manicis ex antiquitatis officinâ coemptis, & funiculis ex multifariâ lectione & observatione diutinâ contortis & conduplicatis; adjectis etiam filis aliquot ex meopte ingenio, ubi alius non suppetebat author, accersitis deniq; ex* Plauto *&* Terentio *Lorariis, qui quadrupedem constringerent. Ad vos postremùm,* Viri Literatissimi, *venio, vestróq; judicio & me & Protëa hunc meum permitto. Et in hunc quidem ne quid durius statuatis; quin tradite discipulis in manus vinctum, uti est, quæstioni assiduæ subjiciendum, deterendúmq;. De me autem, vos oro, obtestórq; siquibi erravero, vitio id ætatis date, míhiq; eam veniam concedite, ut, post tricennalem operam in trivialibus hujuscemodi studiis locatam, grandævo vitâq; pariter ac docendi munere penè jam defuncto, ultimas istas* tabulas *meas in usum* Juventutis Scholasticæ *consignare per vos fas sit. Valete fœliciter.*

Vester & Arte & Affectu Frater
T. Willis.

In ingenuum Authorem Phraseologiæ Anglo-Latinæ.

Cùm tulit invictis Cæsar *secum agmina telis*
Vagans per orbem, venit, *&* vicit videns.
Sed tandem à Gallis Britonum *dilapsus ad ortus*,
Patitur repulsam, *sæpius cedens retrò*.
Sic licèt egregias ducas, Romane, *phalanges*
Verborum, *acuto haud* Anglia *stylo cesserit*.
En ut utrinque acies *disponitur*; *utraque pugnat*
Pars, *neutra vincit*; *ambo* victores *tamen*.
Quippe nec hostis *adest*; *sed cùm pugnare putetis*,
Auxilia succenturiati *sibi ferunt*.

Tho. Stephens.

è Schola Regiâ
St. Edm.-Burg.

In PRAISE OF THE AUTHOR.

MEn call't a world of *Action*, but you (ſhew
A world of *Speaking*, and of *Reading* too.
Engliſh and *Latine* here doe pitch the field;
Both in *Battalia* ſtand, yet neither yeeld.
For though they *front* each other, yet i'th cloſe,
They prove *Auxiliaries*, and no foes.
Thus the bold *Britons*, gave a check to *Rome*,
Which us'd to *come*, and *ſee*, and *overcome*.
And now, though *Italy* put on the Grace
Of Language, *England* ſcorns to give her place.

In laudem Operis.

APplaude pubes Anglica *huic* Operi *manu*
Non jam rubente, ut antea;
Cùm caderêre, Pædagogo ſuaviter
Ridente & irato ſimul;
Quòd verba verbis redderes cautus malè,
Interpres (*ah!*) fidus *nimis.*
Apagite linguam barbarè vernaculam,
Dunſarum *& inſicetias!*
Anglo-Latinum Lexicon *jam ponite,*
Quod vos in hanc fraudem inſcios
Induxit. En! Cooperus *inverſus datur,*
Fœlicior Noſtratibus,
Sermone puro qui faciet, Vulgaria
Nè Veſtra ſint Vulgaria.
Voces, phraſéſq; tutus hinc hauri, Puer,
Errare in iſto non potes
Libro: modò Anglicè ſapias quidquam, probè
Dictata *nôris vertere.*
Quâ voce propria? *quâ* phraſi *te nominem,*
Qua ſic Juventæ *conſulis?*
Qui Dictitas utrinq;, Dictator *clues*
Latinitatis Anglicus.

Ad. Littleton,
è Scholâ Regiâ Weſtm.

Ad amicum suum Dom. Thomam Volentium; *optimè de Repub. literaria meritum, ludimagistrum emeritum;*
Sponte suâ jam ad Musas, ut sit à libellis, evocatum.

ERgóne Autumnos quater undecim qui
Post tricenos videris, & perampla
Strenuus tot qui tuleris brabia,
Gymnasiarches;
Cúmq; donatus rude jam senili;
Cúmq; sit nec mens eadem, nec ætas,
Gnavus antiquo repetis, Volenti,
Præmia ludo?
Alterâ donante rudem, evocatus
Alterâ virtute resumis arma?
Vera nimirum hæc aquilæ senecta; hæc
Vivida virtus.
Junior quondam juvenes docebas;
Grandior grandes; & ad altiora
Nixus in summo positos doces nunc
Doctior ipse.
Perge: nam gratum hoc facies Camœnis
Omnium ætatum; redeat vicissim
Par tibi si gratia. Sed volenti in-
juria non fit.
Sin minores pro meritis nequimus
Gratiam, quæ par, dare; nempe major
Tanto es, & majore potes triumpho
Ducere victos.
Macte sis virtute tuâ celebris,
Et Magistrorum emeritus Magister:
Macte, se totus tibi literarum ut
Debeat orbis.

Tho. Carter.

Ad elegantioris Latinitatis ſtudioſos.

EN tibi, volvè frequens multum complexa Latini
Sermonis genii ſcrinia pauca, puer :
Unde tibi varios liceat dignoſcere cultus,
E quibus egregio lingua lepore nitet :
Ne ſemper verbo impingas ridendus eodem,
Quod poteris variis vertere ſæpe modis.
Ille parens patrii ſermonis nomine Saxo,
Linguæ pauper erat, moris & oris inops :
Atq; unum verbum varios extendit in uſus,
Quod variâ profert lingua Latina phraſi.
Hinc neq; vox faciem, formam nec ſervat eandem,
Nec color aut ſenſus, qui prior, ille manet.
Error ut incertus, ſinuáq. ænigma Mæandrum,
Nunc mare, nunc fontem qui petit, atq; fugit.
Qualis & hoſtis erat dubiis Achelous in armis,
Dum loquitur, mugit, ſibilat arte potens ;
Sic in diverſas migrat vox lubrica formas,
Errat & inſtabili ſic levis illa pede.
Quæ formæ penitus ſi deant ſi ſenſibus, undis
Proteus, in ſcopulis Polypus alter eris.
Altera nunc viſa, & mox altera, & altera vox eſt :
Senſus, & hoc ſenſum luxuriare facit.
Non tot imaginibus curvat ſe Delia, regna
Quæ rotat inſtabili noctis opaca face.
Non Cuculum referes qui voce laborat in una,
Nec levat ingratos auribus arte ſonos.
Mille modis, & mille viis ſed verte latinum,
Neglige quid neget hoc, dilige quicquid amet.
Sic tibi dum nullæ poterunt imponere formæ,
Ambiguam capias callidus ipſe Thetin.

Veſtri ſtudioſiſſimus. T.W.

Ad peritiſſimum Moderatorem *Scholæ* Illeworthienſis Thomam Volentium *quaternarium Septuagenarium.*

Scazon.

TVum tueris nomen, & nihil dicis
Fieri à volente non poteſſe perfectum.
Quid uſus & labor queant puer diſce
Diſcendo librum hunc naviter, perimpletum
Puris locutionibus notâ dignis:
Quibus magiſter eloquentiæ, Princeps
Et Cæſar (Imperator ab ſtylo utroq;)
Uſi fuere. Pone formuliſtarum
Jam (cujus ætas noſtra tam ferax) turbam.
Si metior rectè Herculem ex pede, leonem
Ex ungue (pleni namq; copiam cornu
Percurrere datum non fuit) dabunt iſtæ
Ut perpolitè ſenſa proferas chartæ,
Aſſuetus illis barbarum fugies verbum,
Vitabis Oſſum, nec teres rejpuet auris.
Penuriam & noſtram hoc penu locuples ſupplet,
Reddendo verbis Anglicam variis vocem.
Tu mi Volenti *cujus hæc juventuti*
Dedere cani, Virbius *eris in libro.*

Ro. Bulkly.

Ad reverendum authorem de hac Phraſiologiâ novâ carmen Iambicum.

Prodíſne ſerìò in patrum faſtis ſite
Olim, vel in lucem redis?
Non hæc ſenectæ terſa olent inertiam:
Non arguunt delirium.
Ciceronis adfers barbaris modulum togæ,
Formáſq; linguas aſperas:
Oculíſq; multis & vagis verbum tuens
Caſtis Latinis Anglicum
Dum reddis, Argum vincis, & linguæ potens
Hermetis artes refricas.
Quaſcunq; formas dictio ambigua induit
Scrutaris, & variam capis.
Tabulis fugaces Protei vultus refert
Quis Artibus melior tuis.
Cæcum retexens Sphinga ſub canis doces
Vulpem latentem crinibus.
Cujus labores qui boni non conſulit,
Ingratus eſt, aut Invidus.

H. W.

To the Grammar *Scholars,*

Scholars,

IF you desire to be so, this *Book*, is no improper Subject for you to cast your eyes on, The design of it being to help you where you are weakest, that is, in your first endeavors after the *Latine* Tongue, and furnish you with fit dresses of all sorts for any of your *English* thoughts: An assistance as necessary as the contrary errors and *Solecisms* frequent in yourordinary *Latines*, which though they make your Master *laugh*, yet because unhappily they may make you *cry*, I have out of charity provided

vided you a *Truchman*, who for an eaſie hire will be your convoy through the *Latine* Provinces. And let me adviſe you this civility, that if any of you are already ſo well acquainted with the *Language* that you need not this guide, you doe not diſdain him for offering his company, and when you that have preſent uſe of him ſhall think fit to throw him off, you would at leaſt thank him for his courteſie, and bid him (as I muſt you)

Farewell.

Phraseologia Anglicana:

OR,

Anglicisms Latinized.

Anglicisms

Abide.

1 I Shall be ſcarce able to *Abide* his envie.
2 I fear how the ſtranger will *abide* and ſtand to it.
3 He *abides* or endures labour.
4 Tarry, or *abide* a little.
5 Virtue *abides* and hath taken root.
6 Stay or *abide* for me here with the Aſſe.
7 They *abode* ſtill at Rome to receive Catiline.
8 He *abides* not to hear.
9 To *abide* long upon, or ſpeak much.
10 *Abiding* for Cæſars coming.
11 To *abide* or ſtay in ſome place.
12 That cannot *abide* labour.
13 That can *abide* hunger.
14 To *abide* reproach, and cold.
15 The Army *abode* in the field. (it.
16 Thou braggeſt ſo of thy riches that no man can *abide*
17 But God did regard the pains and the miſeries which I
18 It is hard to be *abiden* & ſuffered. (*abode* & endured.
19 To *abide* ſtill in his purpoſe.
20 He cannot *abide* the ſmell of cheeſe.

Ability. Able.

1 A man of *Ability* may do what he liſt.
2 He is of the *ability* of a Gentleman.
3 His *ability*, and what means he hath.
4 To appoint burials according to their *ability*.
5 Of what *ability* is he, or what may he ſpend yearly?
6 Every one to do according to his *ability*.

7 I will do what I am *Able*.

8 Art thou *able* to tell the truth?

9 He

Latinized.

1 Vix molem hujus invidiæ ſuſtinebo.
2 Metuo ut ſubſtet hoſpes.
3 Laborem tolerat.
4 Morare pauliſper.
5 Virtus altiſſimis defixa radicibus.
6 Vos hîc opperimini unà cum aſino.
7 Ad Catilinam recipiendum Romæ reſtiterunt.
8 Reſpuunt ejus aures audire.
9 Commorari verbis plurimis in re.
10 Cæſaris adventum præſtolans.
11 Subſiſtere in aliquo loco.
12 Mollis & impatiens laboris.
13 Tolerantiſſimus penuriæ.
14 Contumelias perpeti: perferre frigus.
15 Acies reſedit in campo.
16 De tuis divitiis intolerantiſſimè gloriaris.
17 Sed Deus reſpexit labores & miſerias quibus ſum per-
18 Perpeſſu aſperum & difficile. (functus
19 Perſtare in incepto.
20 Ne olfactum caſei fert.

1 Quum dives quis exiſtit, facilè quod vult agit.
2 Implet facultates equeſtris ordinis.
3 Annuus reditus & quicquid fortunæ quis habet.
4 Præfinire ſumptum funerum ex cenſibus.
5 Quantum valet annuo cenſu?
6 Metiri ſe quemq; ſuo modulo & pede.

7 { Faciam quantum in me ſitum eſt.
  { Vel, faciam pro viribus.
8 Potin' es mihi verum dicere?

9 He is *able* or fit for a wife, she for a husband.
10 Un-*able* to the feats of the body.
11 I am not *able* to dispute with two.
12 I hope I shall be *able* to do it.
13 To be better and more *able*.
14 We are not *able* to resist them.
15 Wisdome is able to do more then strength.
16 If you shall seem *able* to keep Alexandria.
17 To be *able* to do much with one.
18 While I shall be *able*.
19 Not to be *able* to pay.
20 That you be *able* to bear pains.

Abolish.

1 To *abolish* or repeal Lawes.
2 To *abolish* or raise out his name.
3 To *abolish* or reverse acts.
4 To *abolish* or make null what is done.
5 To *abolish* a custome.
6 All signs and tokens of a city *abolished*.
7 An *abolishment*.

Above.

1 I come from *Above*.
2 *Above* 700 years old.
3 He is *above* 10 years old.
4 No man was much *above* another.
5 It is a foot and a half *above* the ground.
6 I have stood here *above* half an hour.
7 *Above* a quarter of an hour since.

About.

1 *About* two legions.
2,3 *About* noon. *About* 3000.
4,5 *About* that time. Round *about*.
6 *About* a hundred Spaniards slain.
7 A place hedged in round about.
8 He is *about* the age of 50.

9 *Hic ſponſæ maturus, illa marito.*
10 *Ad munera corporis invalidus.*
11 *Duorum certamen ſuſtinere non valeo.*
Solus nequeo diſputare cum duobus.
12 *Fiduciam hujus rei faciendæ habeo.*
13 *Plus pollere, & potiorem eſſe.*
14 *Nec nos obnixi contrà ſufficimus.*
15 *Prudentia potior acri dextra.*
16 *Sires facultatem habituram videatur ut Alexandriam tenere*
17 *Poſſe vel valere plurimum apud aliquem.* (*poſſis.*
18 *Dum vires mihi ſuppetant.*
19 *Non eſſe ſolvendo.*
20 *Ut ſuppetas doloribus.*

1 *Leges evertere, extinguere, peſſundare.*
Reſcindere, abdicare leges.
2 *Nomen ejus excindere.*
3 *Convellere acta. Antiquare.*
4 *Suſtollere atq; irrita facere quæ geſſit.*
5 *Conſuetudinem tollere.*
6 *Extimia urbis veſtigia.*
7 *Antiquatio, abrogatio, abolitio.*

1 *Venio ſuperné.*
2 *Septingentos jam annos amplius.*
3 *Exceſſit annos decem.*
4 *Nemo magnopere eminebat.*
5 *Extat è terra ſeſquipede.*
6 *Hic amplius dimidiatam horam ſteti.*
7 *Poſt horæ quadratam.*

1 *Duarum inſtar legionum.*
2,3 *Circiter meridiem. Ad tria millia.*
4,5 *Sub id tempus. Circum undiq;*
6 *Hiſpani paulo minus mille occiſi.*
7 *Locus undiq; ſeptus.*
8 *Annos ad quinquaginta natus.*

9 Was I deceived that they were *about* that?
10 Women while they goe *about* to dresse themselves it is (a year.
11 The vine-branch *about* four fingers long.
12 How long after came you? *about* an hour since.
13 I brought it almost, or to *about* 15 talents.
14 It is *about* seven of the clock.
15 We were *about* two hundred men.
16 A multitude is round *about* him.

Abroad.

1 To goe forth *Abroad*.
2 The matrons went *abroad*.
3 This cannot come *abroad* and be commonly talked of.
4 To bring it *abroad* or into sight.
5 Many talked it commonly *abroad*. (entreated.
6 The souldiers weeping, and with hands spread *abroad*
7 After this came *abroad* to the knowledge of many, and one told another.
8 He shewes himself or his parts *abroad*.
9 He stayes *abroad* in the aire.
10 They often sup *abroad*.
11 The report runs *abroad*.
12 He comes *abroad* in the sight of all.
13 This opinion went commonly *abroad*.
14 He makes it known *abroad*.
15 Open walks *abroad*.
16 His hair is spread *abroad*.
17 There goes so many tales and lies *abroad*, that no man can tell what to beleeve.
18 The Peacock spreads her tail *abroad*.
19 To bring it forth *abroad*.

Abstain.

1 To *Abstain* from wine one day.
2 Desiring they would *abstain* from murder and fire.
3 To *abstain* from pleasant things.

Abound.

1 To *Abound* in all ornaments.

2 When

9 *Num me fefellit hoſce id ſtruere?*
10 *Mulieres dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

11 *Pampinus inſtar quatuor digitorum longitudine.*
12 *Quamdu dum huc veniſti? modò, ante horam circiter*
13 *Quaſi talenta ad quindecim coegi.* (*unam.*
14 *Eſt hora quaſi ſeptima.*
15 *Frequentes fuimus ad ducentos.*
16 *Multitudo illi circumfunditur.*

1 *Egredi vel prodire in publicum.*
2 *Matronæ in publicum proceſſerunt.*
3 *Hoc exire atq; in vulgus emanare non potevit.*
4 *In aſpectum lucémq; proferre.*
5 *Nonnullorum ſermo jam increbuit.*
6 *Milites paſſis manibus flentes implorabant.*
7 *Hoc ubi ad plures permanaverat atq; alius alii tradiderat.*
8 *In ſcena ſe oſtentat & ſpecimen ſui facit.*
9 *Sub dio moratur.*
10 *Foris ſæpe cœnant.*
11 *Et fama vagatur; indicatur in vulgus.*
12 *Venit, procedit in medium.*
13 *Perſuaſit opinio animos hominum.*
14 *Vulgo notum facit. Divulgat.*
15 *Subdiales inambulationes.*
16 *Sparſus eſt per humeros crinis.*
17 *Tot circumferuntur mendacia, ut neſcias quid credendum ſit.*
18 *Pavo pandit caudam ad ſolem.*
19 *Proferre aliquid in apertum; in apricum.*

1 *Vino in unum diem temperare.*
Continere ſe à vino. Vino abſtinere.
2 *Precantes ut cædibus & incendiis parcerent.*
3 *Defraudare genium. Placitis abſtinere bonis.*

1 *Omnibus ornamentis abundare.*

2 When I saw men *abounding* in these.
3 The fruits of the earth yeeld *abundantly*.
4 *Abundance* of fruit this year.
5,6 *Abundance* of leaves. He *abounds* in riches.
7 *Abundance* of straw and fodder.
8 When choler *abounds* diseases grow.
9 Corn having *abundance* of ears.
10 I think I have *abundantly* satisfied him.
11 He was *abundantly* thankfull.

Accept.

1 He *Accepts* my requests or petitions.
2 It will be very *acceptable* or pleasant to me.

Accesse.

1 An easie *accesse* to him.
2 That I may have an easie *accesse* to your Library as if your self were there.
3 No man can have *accesse* to him.

Accompanies.

1 He *Accompanies*, or goes with him.
2 Many *accompanyed* him home.
3 He is more *accompanied* then usuall.
4 Pride *accompanies* or followes promotion.

Accomplish.

1 To *Accomplish* or fulfill a thing begun.
2 To *accomplish* or fulfill ones commandements.
3 To *accomplish* his vow.
4 I will *accomplish* what you command.
5 Let the office of friendship be *accomplished*.

Accompt.

1 To *Accompt*, to reckon, or make *Accompt*.
2 He *accounts* not of, or disdaines learning.
3 *Accompts*, or tels over syllables.
4 He made *accompt* to come to his answer.
5 I must not neglect or make small *accompt* of this matter.

According.

1 *According* as every mans pleasure is.
2 The cause is weighed *accord.* to their power & not *acc.* to truth.
3 He doth *according* to the times.

Latinized.

2 *Cum viderem homines his rebus circumfluentes.*
3 *Terræ fœtus profunduntur nobis.*
4 *Annus exuberat pomis.*
5,6 *Luxuria foliorum. Affluit divitiis.*
7 *Straminis & pabuli affatim.*
8 *Redundante bile morbi nascuntur.*
9 *Uberibus spicis & crebris seges.*
10 *Puto me affatim satisfeciſſe.*
11 *Cumulatiſſimè mihi gratiam reddidit.*

1 *Poſtulata & petitiones meas ſuſcipit. Petitioni vel rogatus indulget.*
2 *Id mihi pergratum perq; jucundum erit.*

1 *Aditur ad eum facilis.*
2 *Ut mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes.*
3 *Nemo aſpirare poteſt ad eum.*

1 *Comitem ſe dat vel exhibet illi.*
2 *Frequentes eum deduxerunt domum.*
3 *Solito comitatior eſt.*
4 *Superbia comitatur honores.*

1 *Inchoatæ rei finem imponere.*
2 *Mandata alicujus conficere: juſſa peragere: præcepta facere.*
3 *Vota perſolvere.*
4 *Quicquid præceperis, protinus exequar.*
5 *Amicitiæ munus expletum ſit.*

1 *Rationem inire: ſupputare digitis: calculos vel rationes ſubducere.*
2 *Faſtidioſus Latinarum literarum.*
3 *Demetitur & dinumerat ſyllabas.*
4 *Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuit.*
5 *Neutiquam hæc res mihi neglectui eſt.*

1 *Prout cuiq; libido eſt.*
2 *Ex opibus, non ex veritate cauſa penditur.*
3 *Tempori, vel ſcenæ ſervit.*

4 *Quod*

4 Which is most *according* to nature.
5 *According* as men think of every ones condition or behaviour, so they judge of what's done or not done.

Accuse.

1 To *Accuse* one.
2 He *accuseth* him to another.
3 He might *accuse* another of bribery.
4 He *accuses* him of treason.
5 He *accuses* him of a deadly offence.
6 He *accuses* him of things unlawfully taken.
7 I do not *accuse* you.
8 A false and forged *accusation.*
9 He thought Verres might be *accused* for this.
10 To set up against himself a corrupt *accuser* on pur-
11 He *accused* my friend of bribery. pose.
12 To confute the *Accusations* alledged.

Accustome.

1 To *Accustome*, use, wont.
2 It is much to *accustome* to it in youth.
3 This kinde of punishment is *accustomed* to vile persons
4 He renews words *unaccustomed.*
5 Not *accustomed* to receive truths.
6 This thing our Ancestors have long used & *accustomed*
7 He *accustomed* to obey the Roman Empire.
8 'Tis *accustomed* in many things.
9 Of which I am ignorant and *unaccustomed.*

Achieve.

1 To *Achieve*, or make an end.
2 To *achieve*, or finish what is begun.
3 He hath *achieved*, or done his labours.
4 He *achieves* or finishes his charge undertaken.
5 I could not *achieve* or undergoe it.
6 The victory is *achieved* or gotten.
7 We have *achieved* what is begun.
8 An *achiever* or dispatcher of business.

4 Quod est è natura maximè.
5 Perinde ut opinio est de cujusq; moribus, ita quid ab eo factum aut non factum sit, existimari putant.

1 { Accusare; arcessere, facessere alicui negotium, Vel periculum. Aliquem reum agere, facere, postulare.
2 Criminatur illum alteri.
3 Ipse alterum ambitus crimine arcesseret.
4 { Majestatis accersit. Proditionis insimulat. Actionem perduellionis intendit illi.
5 Judicio capitis illum arcessit.
6 Postulat illum de repetundis.
7 Te feciſſe non arguo.
8 Malitiosa & mendax infamatio.
9 Ille hoc putabat Verri crimino ſum fore.
10 Prævaricatorem ſibi apponere. apponere calumniatorem.
11 Nomen amico mei de ambitu detulit.
12 Allatas criminationes repellere.

1 Conſueſcere, in conſuetudinem adducere.
2 Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.
3 Hoc genus pœnæ in improbos uſurpatum eſt.
4 Verba deſueta retractat.
5 Inſolens vera accipiendi.
6 Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; majorum.
7 Imperio populi Romani parere aſſueſcit.
8 Uſitatum eſt in multis rebus.
9 Quorum ſum ignarus atq; inſolens.

1 { Abſolvere, concludere, colophonem addere. Supremam manum imponere.
2 Abſolvere, complere quod inceptum eſt.
3 Perfunctus eſt laboribus.
4 Munus ſuſceptum conficit. Opus propoſitum perficit.
5 Id obire non potui.
6 Victoria confecta eſt. Compos victoriæ.
7 Ultima manus impoſita eſt cœpto.
8 Negotium confectum.

Acknowledge.

1 To *Acknowledge* some fault, and to confesse the deed.
2 To *acknowledge* he hath his life by ones benefit.
3 I *acknowledge* what thou sayest of me.

Acquaintance.

1 To get *Acquaintance* with one.
2 There is old *acquaintance* and familiarity betwixt us.
3 He is of my great acquaintance, and my very familiar friend.
4 We have been *acquainted* together from children, which hath encreased till now.
5 I am well *acquainted* with Appius Claudius.
6 We were well *acquainted*.
7 Bashfulness and meanness kept of my *acqu*, with you.
8 I am well *acquainted* with him.

Acquittance.

1 An *Acquittance* is a schedule by which we confesse a debt satisfied.
2 I *acquit* you, I am paid.
3 I am *acquitted* and discharged of all that I owe.

Act.

1 An *Act* of the Senate.
2 A wicked and cursed *act*.
3 An ill and mischievous *act*.
4 A noble *act*.

Action.

1 An *Action* personall.
2 To bring an *action* or processe against one.
3 An *action* of Covenant.
4 An *action* of trespasse.
5 To sue one on such an *action*.
6 To enter an *action* against a debtor.
7 To leese his *action*; be cast.
8 Didst ever hear an *action* brought in against me?

Latinized.

1 Suscipere in se culpam & crimen, & agnoscere quod actũ (est
2 Acceptam referre salutem suam benevolentiæ alicujus.
3 Agnosco quod mihi tribuis.

1 { Conciliare conjunctionem cum aliquo.
  { Usu cum aliquo conjungi.
2 Inter nos metipsos vetus usus intercedit.
3 { Est ex meis domesticis atq; intimis familiaribus.
  { Summa familiaritate conjunctus.
4 Amicitia nostra & notitia incepta à parvis, cum ætate acrevit simul.
5 Cum Appio Claudio summa est mihi necessitudo.
6 Conjunctissime versati sumus.
7 Clausit mihi consuetudinem pudor vel tenuitas.
8 { Multa mihi cum illo intercedit familiaritas.
  { Utor eo familiarissimè.

1 Apocha vel acceptilatio est schedula qua fatemur nobis de pecunia satisfactum.
2 Acceptam pecuniam tibi refero.
3 Solutus sum omni debito. Omni ære alieno sum liberatus. Jam nemini obæratus sum. Jam nulli quicquam debeo.

1 Senatus consultum. Senatus sententia.
2 Impium facinus & execrabile.
3 Facinus scelestum. Maleficium, flagitium.
4 Benè res gestæ.

1 Actio in personam. Actio condictitia.
2 Dicam impingere alicui. Formulam alicui intendere.
3 Formula pacti & conventi.
4 Injuriarum formula.
5 Agere injuriarum cum aliquo.
6 Interpellare debitorem. In jus vocare.
7 Lite cadere. Perdere intentionem. (cam?
8 Cedo dum, an unquam audisti mihi injuriarum sciptam di-

1. Ad-

Adde.

1 To *Adde* to, and put to any thing.
2 To *adde* his judgement.
3 *Addes* something to eat with his bread.
4 To these things we will *adde* that which.
5 The *adding* of more years.
6 He *addes* something to this.
7 To *adde* one to the number.

Addict.

1 To *Addict* himself to his friendship.
2 In those Studies to which we both are *addicted*.
3 *Addicted* and given to his studies.
4 To *addict* himself to live uprightly.

Adjopning.

1 To buy farmes *Adjoyning* to my ground.
2 The houses *adjoyning*.
3 A Theater *adjoyning* to the mount.
4 The air is *adjoyning* or nearest to the Sea.

Admitted.

1,2 To be *Admitted* to orders: Counsell.
3 He desires to be *admitted* a third to your friendship.
4 He *admits* to, or makes him free of the City.

Adoe.

1 Much *Adoe*.
2 Then there will be much *adoe*. (much *adoe*.
3 If it prove to be my deed, there will be (or, I shal make)

Adorn.

1 To *Adorn*, garnish, trim.
2 The Scipios *adorned* their countrey with spoiles and
3 He is *adorned* with garlands and roses. (triumphs.
4 The Kings houses are *ador.*& furnished with all kinds
5 The banks *adorned* with green grass. (of implements.

Advance.

1 To *Advance* prefer, or promote one.
2 To *Advance* his own stock.

Latinized.

1 *Adjicere, apponere, addere.*
2 *Judicium ſuum interponere.*
3 *Ad panem aliquid adhibet.*
4 *His ſubnectemus id quod.*
5 *Acceſſio annorum, adjectio.*
6 *Connectit huic rei aliquid.*
7 *Aggregare in numerum aliquem.*

1 *Devovere ſe amicitiæ illius.*
2 *His ſtudiis quibus uterq; noſtrûm devinctus eſt.*
3 *Devotus & donatus ſtudiis.*
4 *Sibi legem innocentiæ indicere.*

1 *Continentia fundo atq; adjuncta prædia mercari.*
2 *Contiguæ domus.*
3 *Theatrum Tarpeio monti accubans.*
4 *Mari finitimus eſt aer.*

1,2 *Initiari ſacris. Admiſceri ad conſilium.*
3 *Petivit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent.*
4 *Aſſciſcit aut recipit in civitatem, vel civitate recipit.*
Et donat, aſſcribit vel cooptat in civitatem.

1 *Tumultus & perturbatio.*
2 *Tum illæ turbæ fient.*
3 *Quod ſi factum deprehendetur, concitavero magnas turbas.*

1 *Excolere, exornare, perpolire.*
2 *Scipiones patriam ſuam ſpoliis & triumphis decoravunt.*
3 *Sertis redimitus & roſis.*
4 *Ornata & referta omnibus rebus domicilia regis.*
5 *Riparum veſtitus viridiſſimi.*

1 *Ad dignatē provehere, protollere; ad honores promovere.*
Ornare, vel adornare aliquem.
2 *Efferre genus ſuum.*

3 To *advance* to higheſt dignity through all degrees of honour.
4 Whom vertue *advanced*, envie pulled down.

Advantage.

1 A benefit requited with great *Advantage*.
2 To do a matter for his own *advantage*.
3 What gain or *advantage* wouldſt thou have to doe all things for thy pleaſure?
4 To get a little gain or *advantage*.

Adventure.

1 I will *adventure* or try to ſeek my fortune.
2 I will *adventure* and try my wits.
3 A childe laid out at *adventure*.
4 To *adventure* his life in danger.
5 To *adventure* the hazzard of war.
6 It hapned not at *adventure*.
7 He fell in great *adventures*.

Adverſary.

1 He is an *adverſary* that goes to law with us.
2 A great *adverſary* to the Empire.

Adverſity.

1 *Adverſity*, ill fortune.
2 To be in *adverſity*.
3 He is in *adverſity*.
4 To help in *adverſity*.
5 In *adverſity* few friends.

Advertiſe.

1 I thought good to *Advertiſe* you, let you underſtand or certifie you.
2 *Advertiſed* all by the Ambaſſadors.
3 You muſt *advertiſe* or tell before-hand.
4 So far paſt that he will not be *advertiſed*.
5 I write ſure *advertiſement*.
6 To leave to his counſell or *advertiſments*.

Adviſe.

1 I will do after mine own *adviſe*.

3 *Efferre aliquem ad ſummum imperium per omnes honorum gradus.*
4 *Quem virtus extulit, eundem invidia depreſſit.*

1 *Fœneratum beneficium.*
2 *Rem aliquam gerere ſui quæſtus aut commodi cauſa.*
3 *Quid mererias, ait te dicas omnia voluptatis cauſa facturum eſſe?*
4 *Paulum ſui compendii facere.*

1 *Fortunam meam experiar, ſubibo, periclitabor fortunâ.*
Meipſum fortunæ objiciam, committam. Aleam ſubibo.
2 *Periclitabo ingenii vires.*
3 *Puer expoſitus, projectus.*
4 *Provehere vitam ſuam in periculum.*
5 *Fortunam belli tentare & periclitari.*
6 *Id evenit non temerè nec caſu.*
7 *Magnis tamen excidit auſis.*

1 *Adverſarius eſt qui adverſus nos litigat in judicio.*
2 *Inimiciſſimus eſt huic imperio.*

1 *Res adverſæ. Adverſa ærumna. Fortuna affecta vel afflicta.*
2 *Eſſe in turbidis rebus.*
3 *Eſt afflictus & jacens.*
4 *Arctis in rebus opem ferre. Rebus incommodis aliquem ſublevare.*
5 *Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*

1 *Exiſtimavi faciendum eſſe ut hoc te admonerem. Viſum eſt mihi ut de hac re te facerem certiorem. Placuit mihi de hac re te commonefacere.*
2 *Edoctus omnia per legatos.*
3 *Prædicandum & præmonendum eſt tibi.*
4 *Admonitionibus locum non relinquit.*
5 *Ad te exploratè ſcribo.*
6 *Conſiliis monitiſq; illius niti.*

1 *Meis auſpiciis illud agam.*

2 He corrects his judgement by anothers *advise*.
3 To write for *advise*.
4 I aske your *advise* whom I shall follow.
5 This is my *advise* or opinion.
6 Words *advisedly* uttered.
7 To speak *advisedly*.
8 Do only my son as I *advise* thee.
9 He requires a night for *advisement*.
10 Letters without *advise*.

Adultery.

1 Taken in *Adultery*.
2 To commit *adultery*.
3 Women accused of *adultery*.

Afraid.

1 I was *Afraid* what would come of it.
2 He said he was once *afraid*.
3 He made me sore *afraid*.
4 See thou affright or make Davus *afraid*.
5 They were *afraid* of stripes.
6 But why art thou so sore *afraid*?
7 He was sore *afraid* of his father.
8 He is *afraid* of his fathers sight.

After.

1 Four daies *After* we departed from the City.
2 *After* a man is once forsworn, believe him no more.
3 *After* or since his death 'tis the 33 year.
4 Within an hour *after* they condemned him.
5 Somewhat *after* his time.
6 The ninth day *after* it was done.
7 *After* a few daies.
8 The next day *after* I came.
9 Not long *after* that.
10 Next *after* my brother I esteem him.
11 *After* this we shall be more wary.
12 Not long *after* he came to me.

2 *Caſtigat examen in trutina aliena.*
3 *Per literas conſulere alìquem.*
4 *Ad vos refero quem ſequar.*
5 *Hæc mea ſententia eſt & opinio.*
6 *Conſulta ſatis verba. Evigilata conſilia.*
7 *Cogitatè verba facere.*
8 *Tu modò fili gere mihi morem.*
9 *Noctem ſibi ad deliberandum poſtulat.*
10 *Tumultuariæ literæ.*

1 *Compertus ſtupro.*
2 *Cubile alicujus violare. Contemerare torum alicujus.*
3 *Matronæ probri accuſatæ.*

1 *Quorſum res evaderet verebar.*
2 *Semel ait ſe in vita pertimuiſſe.*
3 *Incuſſit mihi timorem, vel pavorem. Formidinem mihi*
4 *Fac ut perterrefacias Davum.* (injecit.
5 *Verbera formidavere.*
6 *Sed quid tandem eſt quod perhorreſcas?*
7 *Patriæ exhorruit iras.*
8 *Conſpectum patris veretur.*

1 *Poſt diem quartum quàm ab urbe diſceſſimus.*
2 *Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea non oportet.*
3 *Cujus à morte hic eſt trigeſimus tertius annus.*
4 *Hora poſt illum condemnavere.*
5 *Paulò ætate poſterior.*
6 *Poſt nonum diem quàm id factum,*
7 *Lapſis paucis pòſt diebus.*
8 *Poſtridiè quàm adveni, vel poſtridiè adventus mei.*
9 *Intervallum haud magnum.*
10 *Secundum fratrem illi plurimum tribuo.*
11 *Poſthac erimus cautiores.*
12 *Pòſt haud multò ad me venit.*

Age.

1 Of what *Age*, or how old think you I am?
2 Old *age* dotes for *age*.
3 He is about the *age* of 50 years.
4 Ever since his young *age*.
5 To come to a full perfect *age*.
6 Very old *age*.
7 Every old *aged* decayed man.

Against.

1 I will not be *Against* your will and pleasure.
2 'Tis done *against* his fathers will.
3 To do or speak a thing *against* nature.
4 The gods are *against* the Romans safety.
5 To be *against* ones profit, is to hinder or let ones profit, or one to do what he judgeth fit.
6 Nothing *against* the lawes of friendship.
7 Bucks and Rams run with their horns one *against* another.
8 The lawes are *against* violence.
9 He is much *against* the truth.
10 To do any thing *against* Gods will.
11 To do *against* friendship.

Agoe.

1 About 25 years *Agoe*.
2 You promised I should have money about two moneths *agoe*.

Agree.

1 I wil condescend or *agree* with Cicero in many things.
2 The ends and beginnings *agree*.
3 They *agree* on the deed and price.
4 To *agree* to one, or be of his opinion.

1 *Quid tibi ego ætatis videor?*
2 *Affecta ætas desipit senectute.*
3 *Annos ad quinquaginta natus.*
4 *Inde ab ineunte ætate, ab incunabulis. Jam inde ab adolescentia. A teneris unguiculis.*
5 *Scandere gradus adultæ ætatis.*
6 *Gravis ætate vel annis. Plenus annis. Homo admodum grandis natu. Provecta ætate.*
7 *Defectissimus quisq; annis & viribus.*

1 *Tibi non adversabor. Nil repugnabo. Tuæ morem geram voluptati. Tibi morigerabor. Sinam te facere tuo more, modo, arbitrio, arbitratu.*
2 *Præter sui voluntatem patris factum.*
3 *Invita Minerva aliquid facere aut dicere.*
4 *Aversi dii à salute populi Romani.*
5 *Remorari commodum alicujus est retardare & obstare, aut impedire quo minùs rem agat pro animi sententiâ.*
6 *Salvo jure amicitiæ.*
7 *Adversis frontibus concurrunt damæ, & arietes.*
Incursant adversis cornibus.
8 *Jura obsistunt viribus.*
9 *Aversissimus est à vero.*
10 *Adverso Deo vel numine aliquid agere.*
11 *Violare amicitiam.*

1 *Abhinc annis amplius viginti quinq;*
2 *Promiseras mihi te datuum pecuniam jam ante duos menses.*

1 *Accedam in plerisq; Ciceroni.*
2 *Congruunt extrema primis.*
3 *Convenit de facto, convenit de pretio.*
4 *Assentire, astipulari, favere sententiæ alicujus.*
Conformare se ad voluntatem alicujus; annuere.

5 The words *agree* well together.
6 His words and deeds *agree* not.
7 His words and your letters *agree*.
8 Authors *agree* not on this point.
9 All things seem fitly to *agree* for her.
10 I do in no wise *agree* with him.
11 They *agree* well together.
12 He that dissents with himself will *agree* with none.
13 Our books of accompts, receipts, expenses well *agree*.
14 It could not be *agreed* for lesse money.
15 My brother and I *agree* in this.
16 Actions which are *agreeable* to virtue.
17 To whom they all *agreed*.
18 He and his Father are *agreed*.
19 To make *agreement*; to make friends.
20 He made an *agreement* between me and thee.
21 To fall to agreement with one.
22 One woman *agrees* best with another.

Aside.

1 If I *Aide* or help him, I fear the old mans threats.
2 To *aide*, help, or succour any.
3 To *aide* or help one decaying in goods, state, credit.
4 He is sent for an *aide* or rescue.
5 He desires his *aide* and trustinesse.

Ake.

1 The sun makes his head *Ake*.
2 His head and teeth *ake*.

Alienate.

1 To *Alienate*, to estrange, to sell or give away.
2 To *alienate* or put to sale, to deliver to him that offereth more.

5 *Cohærent dicta inter se.*
6 *Discrepant facta cum dictis ejus.*
7 *Congruit ejus sermo cum tuis literis.*
8 *Autores inter se dissident & discordant.*
9 *Omnia in istam aptè quadrare videntur.*
10 *Nullo modo prorsus illi assentior.*
11 *Una mente & voce consentiunt.*
12 *Conveniet nulli qui secum dissidet ipse.*
13 *Bene ratio accepti atq; expensi inter nos convenit.*
14 *Non poterat transigi minore pecunia.*
15 *Convenit hoc fratri mecum.*
16 *Actiones quæ sunt virtuti consentaneæ.*
17 *Cui omnes ad unum assensi sunt.*
18 *Rediit ille in gratiam cum patre.*
19 *Componere lites inter aliquos. Aliquos in gratiam redigere. Ad concordiam adducere. Coagmentare pacem.*
20 *Fœdera pepigit mihi tecum.*
21 *§ Transigere & decidere cum aliquo.*
¿ Facere de tota lite pactionem.
22 *Congruit mulier mulieri magis.*

1 *Si illi opitulor, senis timeo minas.*
2 *Adjumento esse. Ferre auxilium. Præsidium, opem vel suppetias ferre. Subvenire; auxiliari alicui.*
3 *Labantem re, fortuna, fide fulcire & sustinere.*
4 *Subsidio missus est.*
5 *Implorat fidem ejus in negotio.*

1 *Dolet à sole caput ejus.*
2 *Laborat è dolore capitis & dentium.*

1 *Alienum facere; vel, ex nostro dominio in alienum transferre. Quod nostrum fuit alienum facere.*
2 *Bona sua proscribere, & rem venalem ei qui plus cæteris obtulerit, adjudicare.*

3 To receive a thing *alienated.*

All.

1 *All* the whole: every whit.
2 *All* the city besieged us, and every one beset us round.
3 To lose *all* gotten by little and little.
4 Let the profit of every particular man and of *all* in
5 Say *all*; or say on still. (generall be *all* one.
6 Nothing at *all.*
7 I saw him not *all* this day.
8 By *all* means see the man found.

Allayed.

1 The grief was *Allayed.*
2 He *allayeth* wine with water.
3 To *allay* hunger with leaves.
4 The tempest, windes *allayed.*
5 To *allay* hot water with wine.
6 To *allay* his fierceneſſe and severity with his courteous behaviour.
7 Wine too much *allayed* with water.
8 Hunger *allayed* by banquets.
9 The heat of youth *allayed.*

Alledge.

1 Falsely to *alledge* a law.
2 They *alledge* nothing that deny old age to be unfit for employment.
3 Canst thou *alledge* any thing why thou art not justly
4 To *alledge* a reason. (condemned?
5 To *alledge* an author; Pretences.

Alliance.

1 *Alliance* is a nearnesse contracted by the marriage of a kinsman.
2 To *allie* by marriage.
3 Nations neerly *allied* together, by lawes, rights, in a firm peace.

3 *Postliminiò recipere.*

1 *Totus, integer, universus, solidus.*
2 *Tota civitas obsidet ædes nostras, & universi circumsident nos.*
3 *Singulatim collecta universa perdere.*
4 *Eadem sit utilitas unjuscujusq; & universorum.*
5 *Dic integrè. Dic ad finem usq;*
6 *Nihil omnino. Nihil prorsus.*
7 *Hodiè illum toto non vidi die.*
8 *Quoquo modo hominem investiges velim.*

1 *Deferbuit soporatus dolor.*
2 *Lympha temperat merum.*
3 *Levare famem frondibus. Compescere famem. Jejunia ventris voracis placare*
4 *Resedit tempestas. Venti subsidunt.*
5 *Restinguere pocula ardentis Falerni lympha.*
6 *Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.*
7 *Vinum plus satis dilutum.*
8 *Exempta fames epulis.*
9 *Deferbuit fervor adolescentiæ.*

1 *Legum vel constitutionum autoritatem ementiri.*
2 *Nihil afferunt qui in re gerenda versari senectutem negant.*
3 *Nunquid causare, quin ab judicio abeas turpissimè victus?*
4 *Subjicere rationem.*
5 *Citare authorem. Nectere causas.*

1 *Affinitas est propinquitas ex cognati nuptiis contracta; vel, hominum affinium inter ipsos conjunctio.*
2 *Conjungere domum conjugio et stirpe.*
3 *Legibus, jure certo, firma pace devinctæ nationes.*

Aloft.

1 The aire is carried high or *Aloft.*
2 Hoise up this fellow *aloft.*
3 They wounded their enemies *aloft* on their head.
4 The boughs grow up *aloft.*

Allured.

1 To be *Allured* with fair words.
2 He had many *allurements* of the city.
3 Excellent wits are *allured* by praise.
4 He counted it not enough to have *allured* his wife to (adultery
5 The *allurements* of youth.
6 He gives himself to the *allurements* of deliciousnesse and sensuall pleasure.

Almost.

1 *Almost*, welnear.
2 They had *almost* done it.
3 The time is *almost* come that I must not live as I
4 I dare *almost* beleeve thee now. (please.
5,6 It is *almost* night. I am *almost* as carefull as he.
7,8 It is *almost* six. It is *almost* 12 a clock.
9 *Almost* 50 years together.

Altered.

1 There was nothing, and therefore not much that I thought fit to be *Altered* in the Lawes.
2 The custome is somewhat *altered.*
3 He *alters* and changes his voice.
4 The great *alteration* of time.
5 An *alteration* of the order.

Amazed.

1 The City is *amazed* with fears.
2 He is *amazed* in body and minde.
3 The horses are *amazed* and frighted.

Amends.

1,2 He *Amends* his losse: his work.
3 A wound uncurable, not to be *amended.*
4 He makes *amends* for the fault.

Latinized.

1 *Extenuatus aer sublime fertur.*
2 *Sublimem hunc intrò rape.*
3 *Hostes suos desuper vulnerabant.*
4 *In excelsum emicant rami.*

1 *Duci phaleratis verbis.*
2 *Multa habebat invitamenta urbis.*
3 *Gloria invitantur præclara ingenia.*
4 *Non sat habuit conjugem in stuprum illexisse.*
5 *Illecebræ juventutis.*
6 *Dedit se totum vitiorum illecebris, & lenociniis cupiditatum.*

1 *Ferme, prope, pene, propemodum.*
2 *Nec multum abfuit quin feciſſet.*
3 *Propè adest tempus cùm alieno more vivendum est mihi.*
4 *Propemodum habeo tibi fidem.*
5,6 *Nox appetit. Proximè atq; illum laboro.*
7,8 *Nunc proxima est sexta hora. Duodecima instat.*
9 *Annos propè quinquaginta continuos.*

1 *Nihil habui, sanè non multum quod putaram novandum in legibus.*
2 *Deflexit de via consuetudo.*
3 *Vocem variat & mutat.*
4 *Mira temporis inclinatio.*
5 *Mutatio ordinis.*

1 *Urbs lymphata horroribus.*
2 *Animo & corpore torpet.*
3 *Consternantur equi.*

1,2 *Resarcit damnum. Politius limat opus.*
3 *Immedicabile vulnus.*
4 *Redimit culpam præteritam.*

5 *Pen-*

5 To make *amends*.

Ancientnesse.

1 *Ancientnesse*, old continuance.
2 *Ancient* men of old time.
3,4 An *ancient* enemy; stock.
5,6 *Ancient*, old. *Ancient* custome.

Anger.

1 Refrain *Anger* and be in thy right minde.
2 I am scarce in my wits, I am so *angry*.
3 He hath *angred* or displeased his master.
4 I will *anger* every vein in thee.
5 He looks on him *angerly*.
6 Be no more *angry* with me.
7 Very *angry* letters.
8 With an *angry* and hatefull minde.
9 That when he would be *angry* he cannot.
10 Be not *angry* I pray you.

Antedate.

1 To *Antedate* and postdate.
2 To *antedate* an obligation.
3 To *antedate* Letters.
4 The obligation hath been *antedated*.
5 *Antedated*.

Any.

1 Is this marriage *Any* thing to him?
2 One would be glad having need to receive *any* benefit at *any* mans hand.
3 Is there *any* man would speak with me?
4 *Any* thing rather then judgement.
5 If thou prove that I made *any* lie, kill me.
6 He is meet for *any* art.
7 Hast thou tryed me in *any* thing?
8 Is there *any* man in the world so very a wretch as I?

Latinized.

5 *Penſare, rependere. Reſarcire damnum.*

1 *Vetuſtas. Antiquitas. Grandævitas.*
2 *Veteres & priſci. Atavis editi regibus.*
3,4 *Veteranus hoſtis. Antiqua ſtirps.*
5,6 *Provectus ætate. Mos vetuſtus.*

1 *Reprime iracundiam, atq; ad te redi.*
2 *Vix ſum compos mentis, ita ardeo iracundia.*
3 *Commovit præceptorem. Iram præceptoris irritavit. Exacerbavit didaſcalum.*
4 *Ego te commotum reddam.*
5 *Iratiùs illum intuetur.*
6 *Deſine mihi ſuccenſere.*
7 *Literæ ſtomachationes.*
8 *Animo infenſo atq; inimico.*
9 *Ut cum velit tibi jure iraſci non queat.*
10 *Ne iraſcaris quæſo.*

1 *Diem ſurſum verſus ementiri, vel ſurſum & deorſum.*
2 *Interponere cautionem repetita die.*
3 *Diem antiquiorem falſò literis ſubſcribere.*
4 *Repetita die cautio interpoſita eſt.*
5 *Tempus retrorſum ementitum.*

1 *Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ?*
2 *Abs quivis homine quum eſt cpus beneficium accipere gaudeas.*
3 *Ecquis me quæſivit? Nunquis me voluit? i. convenire vel alloqui.*
4 *Quidvis potiùs quàm judicium.*
5 *Si quicquam mentitum inveneris, occidito.*
6 *Cuilibet arti eſt idoneus.*
7 *Num me expertus es uſpiam?*
8 *An quiſquam gentium eſt æquè miſer atq; ego?*

1 *Auſcre*

Answer.

1 To have an *Answer* of one, or give an *Answer* to one.
2 To *answer* fiercely to proud fortune.
3 I did in this wise *answer* to what a little before I concluded.
4 To be condemned before he be suffered to *answer* for
5 An *answer* to an action by a gage. (himself.

Apace.

1 *Apace* or very fast: roundly, to read *apace* or roundly.
2 He runs *apace*.
3 To speak roundly or *apace*.
4 The ship sailes *apace*.

Apart.

1 *Apart*, or asunder.
2 Laying *apart* all jest and mockery, I friendly advise
3 To speak of ones honesty *apart*. (you this.

Apparent.

1 *Apparent* tokens of his wickedness.
2 It is *apparent*, clear, manifest.
3 To assign one to a day of *appearance*.
4 The other bound for his *appearance* before a judge at a set day.
5 A default of *appearance*.

Apparel.

1 In *Apparell* and face resembling a maid.
2 *Apparelled* in a strange sort.
3 *Apparelled* meanly; or sluttishly.
4 He came in mourning *apparell*.
5 To be richly *apparelled*.
6 This *apparell* becomes thee well.

Appeared.

1 There *appeared* a nobleness of heart in his contempt
2 To *appear* personally in judgement. (of riches.
3 A sharp wit *appeared* in him.
4 To *appear* in a multitude of good men.
5 To *appear* in his own person.

Latinized.

1 *Auferre responſum ab aliquo, vel reſponſa reddere.*
2 *Fortunæ ſuperbæ reſponſare.*
3 *Rationi illi quam paulò antè concluſi, ſic occurri.*
4 *Aliquem indicta cauſa damnari.*
5 *Reſtipulatio.*

1 *Curriculò, feſtinanter, properanter, curſim legere.*
2 *Currit gradu incitato, vel curriculo.*
3 *Præcipitare ſermonem. Præcipitanter loqui.*
4 *Claſſis fertur cito gurgite.*

1 *Seorſum, ſeparatim, ſegregatim, ſigillatim.*
2 *Foco remoto, tibi hæc amiciſſimo animo præcipio.*
3 *Separatim de probitate alicujus dicere.*

1 *Expreſſa ſceleris veſtigia.*
2 *Liquidò conſtat. Manifeſtum & certum eſt.*
3 *Vadari aliquem. Vadimonium conſtituere.*
4 *Sponſio quædam ſiſtendi comparendiq; in judicio ad diem præſtitutam.*
5 *Vadimonium deſertum. Deſertio cauſæ.*

1 *Virginis os habitúmq; gerens.*
2 *Ornatus in peregrinum modum.*
3 *Mediocriter veſtitus. Sordidatus.*
4 *Lugubri habitu venerat.*
5 *Glorioſè amicíri.*
6 *Hic ornatus te condecet.*

1 *Elucebat animi excellentia in deſpiciendis opibus.*
2 *In judicio ſiſti.*
3 *Acumen quoddam ſingulare enituit in illo.*
4 *In multitudine bonorum comparere.*
5 *Vadimonium obire. Siſtere ſe.*

6 The Moon *appeared.*
7 To *appear* above the earth.
8 The sun rose or *appeared.*
9 To have fair causes in *appearance.*
10 The cause fair in *appearance*, but in very deed to be
11 A vision *appeared* to him in sleep. (misliked.
12 The haven *appears* somewhat near.
13 Remorse of conscience *appears* in his looks.
14 So that they *appear* a little above the ground.
15 No man *appeared* to his help.
16 There *appeareth* something between the degrees of honour and fortune.
17 Wit *appears* in him.

Appease.

1 To *appease*, asswage anger, lusts.
2 When their anger was *appeased.*
3 To *appease* one that is angry.
4 His fury is *appeased.*
5 Their angers are un-*appeasable.*
6 A war not to be *appeased.*
7 To *appease* one very angry.
8 To *appease* God with sacrifice.
9 Hatreds not pacified or *appeased.*
10 To *appease* or quiet a stirre.
11 To *appease* or satisfie one.

Apply.

1 He *Applies* his whole courage to get practise.
2 To *apply* his wit to any thing.
3 To *apply* himself to arts and studies.
4 To *apply* his minde to philosophy.
5 The Poet set or *applyed* his minde to writing.
6 To *apply* his studies diligently.
7 To *apply* his taske.
8 To *apply* himself wholly to his friendship.
9 To *apply* his whole endevour of living to his own disposition.

6 *Phœbe vultum exeruit.*
7 *Emergere extra terram.*
8 *Sol emicuit ſuper terras.*
9 *Habere juſtas & ſpecioſas cauſas.*
10 *Specie quidem blanda, ſed reipſa multis locis repudianda.*
11 *Obverſabatur ſpecies in ſomniis.*
12 *Portus pateſcit jam propior.*
13 *Conſcientia eminet in vultu.*
14 *Ita ut ſupra terram paululum extent.*
15 *Nemo unquam extitit qui illi ſuccurreret.*
